

inscrutabiles et incōprehensibiles sunt di-
spensiones sapientie tue q̄b⁹ talia
fecisti et facta gubernas.

Cur tamen insipiens cui non sapit
beneficium creationis non cognoscit
divina beneficia tua meditando et stu-
tus non intelligit in operibus dei crea-
tores.

Non te delectet prosperitas temporalis
malorum. quoniam **C**um peccatores
exorti fuerint in magnas diuinatas et bo-
nores et exierint florentes et videntes si-
cūt fenum et apparuerint qui ope-
rantur iniquitatem ad tempus floren-
tes temporali p̄speritate. quoniam ad h̄
florent ad tempus ut intereant in eternum
vnde sequitur.

Et intereant in seculum seculi pro-
pter suas iniquitates quibus erit defectus
sine deficiū. interitus sine interitu. mors s̄n
morte. interibūt quippe tu aut altissim⁹
in eternū domine.

Vere interibunt. Quoniam ecce ini-
mici tui sc̄i iudei. pagani. p̄secutores ipsi
christiani. heretici blasphematores pseudo
christiani plus seculū q̄dē diligentes h̄iōes
peribūt in die iudicii. et separabūt
a grege et societate bonoī oēs qui ope-
rantur iniquitatem.

Ecce ecclesie.

Illi peribūt. Et exaltabitur fortius
do vnitatis que tunc erit sublimis si-
cūt vnicornis. id est. sicut monarcha q̄a
imperium meū obiinebit generaliter p̄ vni-
uersum mundum et senectus mea. id
est. ultima etas mea erit i vbertate mi-
sericordie dei.

Enīdeo. Besperxit ocul⁹ meus inimi-
cos meos cognoscens et vitam illorum
esse inutilem et potentiam breuez et insur-
gentibus in me malignantib⁹ perse-
cutoribus et in me grallantib⁹ audiet au-
ris mea. in futuro iudicio dic̄i discedite a
me maledicti in ignem eternū.

Iustus non ut fenum. sed ut palma
florebit comparatur iustus palme ppter
alitudinem et pulcritudinem. et fruct⁹ suauit

tate. et sicut cedrus multiplicabitur
cedr⁹ in marcessibili⁹ est altior alijs arboreb⁹
plerūm in libano. ita iust⁹ erit impunibilis
stola imortalitans candiv⁹

Fideles autē q̄ nūc plantati sunt per
fidem in ecclesia que est domus do-
mini finaliter. in atris domus domi-
ni. id est. in celestibus mansionibus floridi
choruscabunt.

Alohud fideles et si modo non sint plures
tamen multiplicabuntur i nouissimis
vbi ecclesia cum plenitudo gentium intra-
uerit erit uberrima. et bene patientes
erunt patienter mala huius peregrinatu-
onis sustinentes. et hoc ut annuncient.
id est. digni sint annuciare alijs quod se-
quitur.

Quoniam rectus et iustus domi-
nus noster qui suis promissa complet.
et nō est iniquitas in eo. ut hic p̄mittat
pau p̄ se q̄s ibi non coronet.

Psalms. XCII. in quo monet
ad laudem Christi.

Domin⁹ Jesus christ⁹ ve-
rus homo deus regnauit q̄a
in sua resurrectione potestatem
super omnem creaturam accepit decorē
indutus est cuj corpus immortale et glo-
riosum in sua resurrectione assumpsit in-
dutus est dominus fortitudinez q̄n
dyabolum oppressit et capiuos de inferno
potenter eduxit et precinxit se virtute
q̄n angeloz multitudine circubat⁹ remea-
uit ad patrem.

Eternum firmavit in fide populum
fidelem in toto orbe terrarum qui
nō commouebitur a soliditate fidei ad
errores. licet concutiatur instabilis ramen
et mobilis abducet nisi sua fuisset resur-
rectione firmatus.

Tparata est sedes tua potestas iudi-
cacia extinc scilicet a passione tua qua
meristi illā tu tamen ab eterno es.

Apostoli quali fluminare repleti spiri-
tu sancto. eleuauerūt fortiter sine timore

et alte. vocem predicationis sue per totum orbem terrarum aridatatem gentium sua doctrina irrigantes.

Predicta flumina. i. apostoli cui a iudeis prohiberent loqui et docere in nomine Iesu eleuauerunt fluctus suos predicationes impetuosas et responsiones contra aduersarios fidei a vocibus populorum multorum conuenerunt; psecutiones contra predicatorum.

Apóstolis autem elevantibus vocē predicationis sue. Mirabiles concitate sunt persecutiones maris. et infidelium populorum circa predicatorum euangelij sed mirabilis in altis dominus super capita protestatū regū terrenorum. quos sibi subiugat. et tremunt eos et cōpescit. quorū multi postea crediderunt et subiugati sunt Christo et parata est ecclesia. non terrena ergo quia mirabiles elationes maris quae mirabilis in altis dominus.

Cerbene mirabilis es Domine. quoniam Testimonia veritatis predicate per apostolos et discipulos tuos certissima facta per opera miraculosa soli tue diuine virtuti possibilia credibilia facta sunt nimis. id est. valde. his enim nubilus verius esse potest cu[m] tu sis sanctus sacerdos qui eccliaz inhabitas domum tuam decet sanctitudo in eternū. quia et si aliqui cadat. domus tuā sancta toto tempore permanebit. unde in sanctitate fidei permanebit usque in fine seculi.

Salm. XC. III. in quo monet ad patientiam.

Propheta in persona ecclesie

Deus qui putabatur ab aliis non iudicaturus malos est deus ultionum ultionē capiet malis. et ut amplius confirmet repente de ultionum deus libere egit. quia nullo impediente iudicabit. non enim est subdus alicui legi aut regi sed libere agit quod voluerit.

Cettū qui es deus ultionum quae humilez te ostendisti. Exaltare resurgentē et ascen-

bendō et veniens ad iudicium ostende potestiam tuā qui potestatem habes iudicandi universos de tota terra. et reddere retributionem superbis quae in peccatis obstinati penitere noluerunt.

Et querens quādofiet hoc inquit. **V**is quequo peccatores domine gloria buntur de malitia sua. non sufficit eis pecare sed etiam in malis suis et nece sanctorum gloriantur.

Verēsunt peccatores. quia effabuntur omnes prauas cogitationes eorum manifesto et lacanter loquentur iniquitatem contra Deum dicentes. Deus non curat nec vel placet ei que facimus et loquuntur talia non pauci sed omnes qui operantur iniusticiam.

Operantur autem beciniusticiā. **N**opulum tuum fideles ubi seruos. humiliaverunt diversis contumelias. conculcauerunt diversis tormentorum generib[us] et eundem populum hereditatem tuam vexaverunt.

Cuidam et aduenam interfecerunt. et pupilos occiderunt sicut pastuit in psecutionibus martyrum. nulli sexu. nulli etate. nulli persone parcentes.

Et dixerunt corde tenendo. et ore proferendo non videbit non attendet dominus. et attendere non curabit Deus iacobi. i. fideliū. credentes prudentias Domini non se extendere ad ista inferiora.

Propheta redargens hunc errorem ait. Intelligite vos insipientes de populo vos errare. et credite diuinam promissionem ad omnia se extendere. et vos stulti aliquando sapite deum. hec omnia disponere.

Propheta ad excludendum predictum errorem inducitrationes sic. ostulti videte quae stulte cogitatis. dicite.

Qui plantauit auditum in audientibus nonne audiet audierit utique. eut qui creauit oculum in videntibus non ne videbit. videbit utique. nulli tantum debet quantum in se habet.

Item ille. Qui corripit gentes de-